



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniae, 1658

§. 59. Interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis. v. 21.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45556

quatinus, & cura fatue alijs nostra credimus, ea evulgata esse ingemiscimus. Bis stolti. quod tacenda locuti sumus, & quæ publica fecimus garriendo, tamen occulta esse velimus.

§. 58. *Quid me interrogas? v. 21.*

Multis modis hoc dictū potest accipi. 1. Improperatorie sic: tu vilis & indigne, quid me tam excellentem audes interrogare? tunc me examinare? 2. denuntiative sic: Frustra me in iudicio interrogas de qualitate mea & rerum mearum, quem aliquis curat capi, de eo debet iam ante captivitatem mandatum esse informatus. si ita non est factum, ordo iudicij non est servatus, sed passionibus occultis captus, & pretextus latentis dolo solum quæritur. Priore modo non credo D. meum locutum esse, quia mitis erat & humilis corde: posteriore ergo modo præsumo fuisse locutum.

Domine, admiror tuam generositate quæ ita pulchrè apparet, ut ideo te omnes præsentis debuisse admirari & venerari, imo advertere te valde præclare semper egisse, atque clarissimas vitæ tuæ habere rationes. Quoniam ad aliorum, etiam inimicorum, conscientiam, & iudicia ausus fuisti appellare. Da obsecro fidelibus tuis similem confidentiam, & ut hanc assèqui possint, da prius in vivendo similem providentiam. Amen.

§. 59. *Interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis. v. 21.*

Exigebat sane iudicialis ordo, ut iudex antequam hominem accusatam de crimine vel comprehendat vel in carcerem conjiciat testes super impostis criminibus audierit, istud vero prætermittam fuerat, hinc Christus sicut dixi, in libertate spiritus respondit, nihil veritus hostes suos, sed docet Pontificem, quod sit præposterus ordo, dum eum prius comprehendit iusserint, quam super doctrina eius testes audierint, ut ergo interrogaret sero quorquor veller, de sua doctrina & vjta rogat, vel permittit, nihil de discipulis dicit nec accusat eorum infirmitatem nec excusat infidelitatem: quia Magister vel Doctor, aut Paterfamilias non debet reus fieri pro suis discipulis aut ministris, si ipse nihil mali eos docuerit aut imperarit. Sed quid Interrogas eum o Anna vel Caipha de doctrina quæ tot miraculis publicitus fuit confirmata? mille habet probationes à viris ac mulieribus, à cæcis & mutis, à primariis, & plebeis, à peritis & imperitis, ab ægris & leprosis denique & mortuis, hos omnes interrogare te deceret. Audires certè ab ipsiusmet hostibus, nunquam sic locutus est homo. Interroga Nicodemum & audies eum dicentem: Vere à Deo venisti magister: interroga Nathanaëlem etiam

etiam in lege peritum & audies: Rabbi, tu es filius Dei, tu es Rex Israel. Incento-
ga Centurionem, Zachæum, laicum Principem Synagogæ, Lazarum re-
fufcitatum & mille alios, audies omnes ei cum Petro dicentes. Domine,
verba vita eterna habet, ad quem melius ibimus?

Profecto nos Christiani possumus exultare & gloriari in Magistro no-
stro, qui tam gloriose omnia sua dicta & facta adornavit, ut caprus, in
manibus hostium positus & coram invidis iudicibus tam gloriose pro-
tuerit dare rationem vitæ & dictorum, quo nulla præstantior data fuit ab
homine ullo. Deus Omnipotens, rex Regum & Dominus Domini-
um qui per Moysen famulum tuum ad gubernandum populum tuum
præpositos constituisti, tibi supplices preces effundimus ut nobis tales re-
ctores constituas qui populum tuum regant in vero iudicio, te cetera iustitia,
pace & tranquillitate, fidei tuæ conservatione stabilias, infusione misericor-
diæ tuæ fulcias, commissa ipsis regni gubernacula diuturno moderamine
tenere concedas, ut omni perturbatione subacta liberis tibi membris
possint servire.

Jo. 60. Ecce hi sciunt quid dixerim ego. v. 11.

Viderat forte Iudam inum modo sectatorem Christi & connivam,
nunc Ducem impiæ manus æstantem in aula Pontificis, aliosque qui ipsam
sæpe sæpius concionantem audierant, & eius Prædicationes laudaverant,
hos digito quasi Pontifici monstravit & dixit. *Ecce hi sciunt quid docerim ego*
si mihi fidem non facis, crede saltem iis qui tibi adstant inimicis meis, hi
sciunt veraciter & per bene quid dixerim ego, quomodo laudaverim vitu-
tutum opera, vitia reprehenderim sine furore, & dolo, sine exceptione per-
sonarum omnibus ad cor locutus sum, & veraciter, si modo me audire &
corde vero & sincero percipere verba mea, verba salutis & retinere, & se-
cundum illa vivere voluissent: Non enim ita timeo ac erubescio de doctrina
mea, ut etiam Auditores maxime de hac audiri velim. adeo non timeo,
ut etiam ab adversariis tuta esse sciam quæ docui: Si autem malum est do-
cuisset, male agunt omnes legis interpretes: si vero male docui hoc ipsum
oportebat te, O Anna, non ex suspitione, & invidia iudicare, nec ex his, qui
ab alijs fando male aliquid intellexerunt, sed ex auditoribus ipsismet. Hac
est genuina via perveniendi ad cognitionem veri ubi simul & illud obli-
vandum est, quod non dicit Dominus, interroga discipulos meos, aut ami-
cos, sed generaliter appellat ad Auditores quasi dicet nullum ex illis
nullum timeo. Dummodo non eos interroges qui absentes fuerunt & ab-